

Elencho, quam Rubricis praefens Exemplar caret.

III. fol. 51. caractere minuto fortasse jam Sec. XIII. sequuntur *Commentaria in Apocalypsin* hoc initio: *Apocalypsis ihesu christi et cetera. Beatum iohannem apostolum et evangelistam hunc librum apocalypsis edisse constat. quamvis extiterint aliqui qui non ab eo. sed ab alio dixerint fuisse compositum. &c.* En altera vice *Berengaudum* illum, quem jam inter *Codices Hermeneuticos* protulimus, impressum etiam a *Maurianis* ad calcem *Operum Ambrosii* T. II. *Paris.* 1690. col. 499. f. Sed in Codice praesenti quasi defloratus est, multis hinc inde Incisis omissis, ut vel e conclusione patet, quae nobis talis est: *Ab invisibilibus hostibus impugnamur. rogandus est dominus ut nos defendat. Explicit liber Apocal.* Abest praeterea Inscriptio, Divisio in VII. *Visiones*, et illa ad calcem *Admonitio*, qua nomen Auctoris eruere docemur, de qua et aliis dixi ad Exemplar *supracit.*

Editio

*obturato linguae sibili.
cumulus testimoniorum.
non admittitur in totum animus.
prostratus casu.
et non consolationem plagae.
ut clarior ei postmodum.
quod lateret architectum.*

De autore nostro, cujus primus meminit *Gennadius de Viris illustr.* c. 24. quemque *Codices et Scriptores Baccarium, Bacchiarum*

CCCXIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 74 XII. Folior. 40. 8. manu perquam nitida minutius exaratus, titulis miniatibus insignitus, et, ut pag. ult. videre est, olim antiquissimi Coenobii *Sancti Benedicti de padolirone mantue*, I. inscribitur: *Incipit Liber Sancti Bacharii De reparatione lapsi*; Monachi videlicet, qui cum sacra Virgine peccaverat. Initium ejus est: *Benedicto in christo fratri. omni michi fide et dilectione venerabili ianuario. Bacharius peccator salutem. Nisi vererer beatissime frater ne inter simulatos amicos iob michi portio poneretur &c.* Editum Opusculum ab *Jac. Salv. Solanio Hisp.* primum *Antverpiae* cum aliis *Sixti III.* Pont. 1575. dein in *PP. Bibliothecas* cooptatum legitur T. VI. *Lugd.* p. 1174. Quantum porro lectio illa e nostro Exemplo perfici posset, aliquo specimine ex ipso Libelli ingressu docebo:

Codex

*obturata linguae fistula.
tumulus testimoniorum.
non admittitur inde totus animus.
prostratus est casu.
nec consolationem plagae.
ut celerior ei postmodum.
quod lateret architectum &c.*

um, Baccarium, Bacchianum, Angli Baleus et Pitseus gentilem suum cognomine Macceum fecere, pluribus egit Lud. Ant. Murato-

ratorius T. II. *Anecd. Ambros. Mediol.* 1698. 4. ubi *Britannum* non fuisse, in confinio Sec. IV. et V. vixisse adserit, de Episcopali tamen ejus dignitate dubitat. Atque haec occasione alterius Opuſculi ejus, sive *Apologiae*, quam ibi in lucem primus extulit. Mirum tamen, doctissimum Virum ad illa *Gennadii de Bachiaro* verba: *nudus et expeditus vacare Deo disponens*, nodum in scirpo quaesivisse, voluisseque τῷ nudus substituere vitidus, quasivero nunquam legisset apud *Hieronymum* Ep. 125. ad Rusticum: *Nudum Christum nudus sequere. Fabricii Bibliothecam med. Lat.* de Opuſculo nostro noli adire; remittet enim a *Bachiaro* ad *Bracharium*, at ibi ne γῆν quidem. Neque id advertit *Mansum*.

II. fol. 13. *Incipit liber S. Johannis grifostomi. de eadem re. Nempe de Reparatione Lapsi ad Theodorum Paraenesis prior, cujus initium: Quis dabit capiti meo aquam &c. T. I. Edit. Maur. Paris. 1718. p. 1. f. Λογος παραυετικος εις Θεοδωρον εκπεσοντα* incipiens: *Τις δωσει τη κεφαλη μου υδωρ &c.* ubi Versio nova *Bern. Montefalconii* adjecta est. Nostra praefens non est *Wolfg. Fabritii Capitonis*, quam ille repudiavit, sed antiquissima illa, de qua egi *Vol. priore ad Codd. XC. et CCXII.* quo te, si lubet, refer. Finit haec: *alia ultra medicamenta non queras. Ultimo fol. nescio quid velit linearis pictura Michaelis Archang. confodientis Satanam.*

Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

CCCCXIV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3295
XIV. Folior. 260. f. maj. per duas columnas fat eleganter scriptus, et quidem, ut Theca anterior loquitur: 1382. *Compilatus per Dominum Johannem Prunner pro nunc plebanum in Staynekirchen*, minioque distinctus continet *Farraginem Scriptorum S. Augustini* genuinorum et spuriorum, quam ad Editionem *Maurianam* exigam. Fol. I. *Incipit Liber Primus confessionum.* Omnes XIII. ut T. I. col. 69. Fol. 55. *Incipit Liber de essencia dei.* T. VIII. *append. col. 67.* seu *Divinitatis* spurius. Fol. 58. *de exercitatione divini amoris*, est *Lacinia* e variis *Augustini* sententiis et adfectibus contexta. Fol. eod. *Liber de salute anime.* T. VI. *append. col. 135.* *inscriptus Manuale* spurius. Fol. 61. *de ordinacione episcopi*, brevis *Admonitio* incipiens: *Multas enim aduersitates necesse est sustinere &c.* quam in S. Patre non reperi. Fol. 62. *De vera et falsa penitentia.* T. VI. *append. col. 231.* spurius. *Adjunctus est tamen Sermo genuinus Augustini: Poenitentes, poenitentes, si estis vere poenitentes &c.* T. V. col. 1506. Fol. 71. *de elemosina.* In illud *Prov. 22. v. 2. Dives et pauper occurrerunt sibi*, e pluribus *Augustini* locis congestum. Fol. eod. *Enchiridion.* T. VI. col. 195. Fol. 88. *Soliloquium* Libris II. T. I. col. 355. Fol. 98. *de Sermone domini in monte* Libris II. T. III. P. 2. col. 165. Fol. 126. iterum *de vera et falsa penitentia.*

T t

ten-